



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**


29. Maij. 4. Cal. Jun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

spinæ florescerent. Utrique tandem  
in cœlo jungenda, pluribus sanctimo-  
niæ tuæ signis in terra relictis, ex hac  
vita migrasti. In utriusque dilecti tui a. Fasci-  
mores accende cor meum. Ab utroque tota culus  
menis aviditate suscipiam dulcissimum myrrhae  
myrrhae fasciculum: hic unus sit solatium  
animæ meæ, hic sit incentivum divini a-  
moris, hic denique culcitra morientis.

S. BERNARDUS, ser. 70. in Cant.

O verè amandum, & totis medullis spōsus  
cordis amplectendū Sponsum! Quid animæ  
jam cunctetur Ecclesia totâ se devo- aman-  
tione committere tam fido redditori,  
tam pio indultori, tam justo propu-  
gnatori?



29. Maij. 4. Cal. Jun:

SS. Martyres monasterij de ZEDR- Pass.  
LIZ in Bohemia: qui in ea tem- circa  
pora incidistis, quibus Hussitarum hæ- annunc  
reticorum immanis insania Nerones, 1421.  
Diocletianos (& si quæ pestilentiora  
monstra in Christianos sævierunt) è  
damnatis refodere cineribus, quibus  
sepulta est avita Germaniæ Libertas:  
num Divi


*Hæresis* Divinum humanumq; laceratum Jus:  
*insania* conculcata pietas: protrita Fides:&  
*detesta* furibunda totius Orci rabies in Euro-  
*bilis.* pæ ruinam è suis sedibus excita. Hæc  
 detestabilis amentiæ procella, cùm ali-  
 orum quoque Ordinum monasteria  
 funditus evertisset, denique & in vos  
 intumuit. Recepératis in charitatis ho-  
 spitalis sinum Carthusianos, ex Asce-  
 terio suo Pragensi ejec̄tos. Quo audito,  
 bacchantium carnificum turba, tam  
 hospites, quām vos, varijs lanienæ bar-  
 baræ torturis excruciatos, ad eam glo-  
 riæ palmam provexit; quam illi infer-  
 naliū modō ignium titiones, veluti  
 vobis æternū invidebunt; ita ego hu-  
 mili pietate aggratulor: *Ac rogo, ut me*  
*in hac periculosa (necessaria tamen) hujus*  
*vitæ militia adversus hostium malitiam,*  
*vestris intercessionibus adiuvetis.*

*Floruit* B. PETRE, Converse cœnobij Du-  
*anno* nensis: qui ostensurus, mentem esse  
*1281.* corporis dominam; quidquid in vile  
 mancipium herilis potestas invenit, in  
*Auste-* carnem tuam concessisti. Pascebas il-  
*ritas* lam toto religiosæ vitæ decursu, solo  
*admi-* pane arido, potu aquæ pro delicis sub-  
*randa.* inde condito. Par cibo vestis erat, se-  
 tis spinisque aspera: contra quarum  
 molestias si forte callum ex longa con-  
 suetudine obduxisset; verberibus fla-  
 gellorum

gellorum, dolores exaggerasti. Sic ad terram suam depresso homo inferior nulli impedimento fuit spiritui, quin se liberè ad superna elevaret, indeque cœli favoribus, præsertim prophetæ illustratus reverteretur. *Mortificationi* Amor *opponitur nimius amor sui, hostis capitalis* <sup>sui.</sup>  
*virtutum: qui maximè se prodit in appetituia rerum superfluarum. Has me doce non abjecere tantum, sed pio etiam odio ad exterminium usque persequi.*

S. BE R N A R D U S, serm. 58. in Cant.

Tolle superflua, & salubria surgunt: suis a-  
 utilitati accedit, quidquid cupiditati luntur  
 demis. Non potest virtus cum vitijs  
 pariter crescere: ergo ut illa vigeat,  
 ista crescere non sinantur.



30. Maij. 3. Cal. Junij.

B. NICOLAE, Villariensis monaste-  
 rij Abbas, honestate & gravitate Objet  
 morum inter paucos conspicue: cuius anno  
 verba & facta latentis sub pectore bo- 1240.  
 nitatis erant indicium: nec dubitavere,  
 qui te familiarius noverant, quin D e-  
 us, qui charitas est, sub eodem sibi e-  
 legerit habitationis peculiaris sedem.

S

Sed &